

HIS LITTERIS

PRAEMIUM HUMANITATIS

AD IUDICANDUM

SEBASTIANO KRUMBIEGEL,
ARTIFICI,

UT VIRTUTES EIUS HONOREMUS,
QUAS NOSTRA AETATE SINGULARITER PRAESTITIT.

SEBASTIANUS KRUMBIEGEL

CANTOR ET MUSICUS

VIR MULTIPLEX IN VIRTUTIBUS
ET ARTE MUSICA ET MULTIS ALIIS ACTIONIBUS,
QUAE AD OMNES CLASSES SOCIALES
ET AETATES HOMINUM PERTINEBANT,
PER MULTOS ANNOS
LIBERTATEM CIVIUM PROMOVIT
ANIMOSQUE EORUM ET DELECTAVIT ET CONFIRMAVIT.

HIS REBUS GESTIS

CLARUM EXEMPLUM FORTITUDINIS CIVILIS
NOBIS ANTE OCVLOS POSUIT.
NEC SOLVM DE ARTIBUS, SED ETIAM DE RE PVBLICA
BENE MERITVS EST.

ITA ID EXPLEVIT,

QVOD NOS, LINGVAS LATINAM ET GRAECAM DOCENTES,
HOC PRAEMIO ANTE OMNIA LAVDARE VOLVIMUS:
STVDIVM SALVTIS PVBLICAE CVM ANIMI CVLTVRA CONIVNXIT.

SECVNDVM ILLVD EXEMPLVM,

QVOD GRAECE PAIDEIA, LATINE HUMANITAS VOCATUR,
SEBASTIANVS KRUMBIEGEL EST ARTIFEX,
CVI NON TANTVM AESTHETICA VIS,
SED IMPRIMIS EDVCANS VIS ARTIS CORDI EST.

ERFORDIAE

PRIDIE IDVS APRILES

ANNO DOMINI BISMILLESIMO DVODECIMO
ASSOCIATIONIS PALAEOPHILOLOGORVM GERMANORVM
PRAESES

(Prof. Dr. Bernhard Zimmermann)

*Text der lateinischen Ehrenurkunde zur Verleihung des Humanismus-Preises an Sebastian Krumbiegel
am 12. April 2012 in Erfurt*